



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

13. Dies Novemb. Deo nec laboriosus aliquid quæritur, nec fr[u]ctuosius
invenitur. S. Augustinus serm, l. de Trin. c. 3.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

lepus quidem propter naturalem velocitatem, in cursu negligentior factus, in via prostratus dormit; testudo verò suæ conscius tarditatis, continuo recessit, sicque leporem dormientem præcurrens, victoria præmium retulit. O quot sunt in via lata dormientes, sed perniciosissimè & ideò perniciosissimè currentes lepores: in via verò arcta, dormientes studines; in obsequio mundi toti calidi, in Dei verò, toti frigidi, illic oculati, hic excæcati. Multi sunt Cosmophili, pauci Theophili; quis non stupeat cum stupente, non tamen stupido Alberto. *Scupee, requirit, nos posse credere Deum, esse Deum, & tam inde non esse servare.* Sic rebus vilibus præ omnibus Deus vilescit. O si sapis, fac quod suadet Poeta:

Despice res viles, Christi fortissime miles.

13. DIES NOVEMB.

Deo nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius invenitur. *S. Augustinus serm. 1. de Trin. c. 3.*

Deus stultus
diosè
quærendus.

Tantum hominis vivere, nihil est, nisi aliquid quærere. Oculi dum vident, aures dum percipiunt, nares dum odorantur, manus dum palpant, lingua dum loquitur, pedes dum moventur, mens dum cogitat, cor dum desiderat, denique homo quoties aliquid agit, aliquid quærit. Sed non omnis qui quærit, invenit. Sæpè invenit quod pœnitet inventi. Illud inter omnia & præ omnibus, quære, quo nihil potes invenire fructuosius. Noli illud quærere quod reperisse te conquereris. Si quæris gaudium, frustra illud

illud quæris inter frustra mundi. Non vis frustrari spe
rei quam quæris obtinendæ? audi Bernardum (a)
*Solus est Deus, qui frustra nunquam quæri potest, nec
cum inveniri nõ potest.* Facile toleratur cujusvis nego-
tii molestia, ubi adest certitudo eventus. Quàm ala-
criter inirentur prælia, si certa militibus præliantibus
esset victoria? Quo studio iret ad Garamantas, &
Indos mercator, si certo sciret se rediturum salvis
mercibus? quanta diligentia venator feras, piscator
piscis, volucris insectaretur auceps, si de præda spes
esset certa. At nunc hæc ipsa, nequaquam obstanti-
bus periculis, dubia plerumque spe, ne dicam vana, ir-
rito quo conatu, utpote casto successu, quotidie susci-
pi videmus. Deum verò quicumque quærit, ubique
invenit. Itaque Deum invenisse, est omne bonum: sic
enim Cassiodorus. Cùm diligimus Deum, omnia in
ipso reperimus, (b) *unus est qui quæritur, sed in quo
omnia continentur. O lucrum mirabile! ò compendium
singulare! cur nos per diversa fatigamus? ad ipsum fe-
stinemus, post quem cuncta bona ultra non quæramus,
sed tenemus.*

II. Numquam Deum quæris, ut illum accedas,
quin te quærentem benignè admittat: ipse enim su-
scipit timidos ut protector, pusillanimes ut con-
solator, cæcos ut illuminator, egenos ut dives, impru-
dentes ut consiliarius, indoctos ut Magister, miseros
ut misericordia, reos ut clemens, profugos ut refu-
gium, ægros ut medicus, famelicos ut pater, servos ut
dominus, pias animas ut sponsor, omnes denique
post hanc vitam, ut glorificator suscipit in vitam æ-
ternam. Nonne ergò meritò quærit D. Bernardus?

LII 5

Quid

(a) L. 5. de consol. c. II. (b) in Psal. 33.

(a) *Quid quæris extra illum : quid desideras præter illum? Quid tibi placet sine ipso? ipse fecit omnia, ipse habet omnia, ipse est omnia, quodcumque bonum cupis, quodcumque pulchrum quæris, quodcumque dulce, & delectabile requiris, totum in ipso invenies, & in ipso fruëris &c. quidquid boni quæris, summum bonum, & omne bonum, ipse est. Quid ergo non habebit, qui omnia habentem habet? His accedit, quod non dicitur quærendus. De iis qui alia extra Deum quærent colligunt, cautè monet D. Augustinus. (b) *Pride prædatorum dum colligis, colligaris; dum vis esse prædo, fias præda.* Hic verò dum ut prædo diligenter quæris, ut præda feliciter inveniris. Itaque nunquam quæris cum dano, quia semper invenis cum lucro. Divina vitæ ingerit præda, quæri volens, & inveniri quærens. In liquidem acquiritur, si diligitur, apparet, si appetitur; occurrit, si inquiratur. Non expectat, ut quæritur, sed ipsemet per prævenientem gratiam præoccupat, & qui invenire potest, præveniri non potest. Quærit nos ut quæramus illum. Itaque semper dum inquitur, acquiritur. Quid facilius inventum? cum omnia à Deo condita, sint vestigia Dei? omnia pulchra testantur ipsura esse pulcherrimum, dulciora dulcissimum, alta altissimum.*

III. O quam suaviter hic D. Augustinus? (c) *Abominum si volueris, forte non habebis; Deum cum volueris, habebis, quia, & antequam velis, venit ad te, & cum versa voluntate, vocavit te, & cum conversus es, terruit te, & cum territus confiteris, consolatus est te, ut qui tibi præstitit omnia, iste qui fecit ut esses, qui his qui te præstitit etiam malis, præstat solem, præstat pluviam, præstat*

(a) De mis. Human. (b) in Psal. 38. (c) in Psal. 32.

Etus fontes, vitam salutem, tantas consolationes servat a-
 liquid quod non det nisi tibi. Quid est autem quod tibi
 servat, nisi se? pete aliud si melius inveneris; se tibi servat
 Deus. Avare quid inbias caelo, & terra? melior est qui fe-
 cit calum, & terram: ipsum visurus, ipsum habiturus es.
 Quæris ut tua sit illa villa, & transiens per illam dicis,
 beatus cuius est possessio ista; hoc dicunt quam multi, qui
 transeunt per illam possunt agitare caput, & suspirare,
 nunquid & possidere? beata gens cuius est Dominus De-
 us eorum: hac ama, hoc posside, hoc cum vis, habebis, hoc
 gratis habebis. O si illum serio aliis hominibus spretis
 quæras, si quærens invenias, si cum invento familia-
 riter sermocineris, quam te tædebit, vel cum alio lo-
 qui, quam cum Deo. Tunc ex suavitate quam hau-
 rieris ex illo, sub cuius lingua lac, & mel, & in cuius la-
 bis diffusa est gratia, dicēs quod ille totus Dei immer-
 sus contubernio, D. Robertus, *Postquam locutus sum*
Deo, & Deus mihi, & edet me loqui, & agere cum homi-
nibus. Similia erant de Dei commercio verba S. Scho-
 lasticæ cum diceret; *vel oportet loqui de Deo, vel oportet*
silere; quia quidquid est hic in terris, non meretur ut de
eo loquamur. Itaque Deum quærare, & modum eun-
 dem reperendi suggerere, omnis nostra posthac erit
 cura. Interim tu

Hoc unum cura, unum ut super omnia cures.

14. DIES NOVEMB.

Causa diligendi Deum, Deus est, *Bern. tr. de dilig. Deo.*

Deus a- 1.
 mandus
 quia Deus.

Hæc ultima est hominis perfe-
 ctio, tanti singula æstimare,
 quanti sunt æstimanda; pluris
 vel minoris æstimare, est turpi-
 ter errare, quia est peccare. Ut porro cognoscat
 homo,